

10.517 32.

B. M. II 435 ^{see} 103

II 9
897

GEORGI HENRICI GOETZI, L
Superint. Tubec.

**OBSERVATIO-
NES THEOLOGICAS,**
pervulgatum illud:

**Die ärgsten Studenten wer-
den die frömsten Prediger/**

expendentes,

in Colloquio consueto,

D. IX. Decembris An. MDCCXXI

Respondendo defendendas
in se suscipiet

ZACHARIAS STAMPEEL;

Slesvicensis.



LUBECÆ,

Typis Christophori Gothofredi Jægeri.



Varia vulgus imperitum ac malignum
 maledicta libere & aspere in Verbi ministros con-
 jicere solet, quibus eos vel avaritiæ, vel invidia,
 audacter satis insinuat. Neque enim ullum fugit scoma
 illud, quod nonnulli effuciant: Die Priester sind
 geizig, und haben lange Ermel. Vel aliud late dictum: Die
 Priester haben gute Tage, und können lange schlaffen. Hinc vir-
 gini viro maturæ acclamant. Mädchen, wilt du lange schlaffen/
 so heyrathe einen Pfaffen. Quamvis enim ingenui Presbyte-
 ri de auditorum, quos nacti sunt, salute valde existant solliciti,
 eamque omni studio promovere allaborent, attamen rebus
 suis ita prospicere haud debent, ut tantum divitias corro-
 dant, vel proprias cum primis utilitates respiciant, easdem-
 que commodis cætus diviniæ præferendas esse existiment.
 Longe enim alias ac meliores vitæ rationes Paulus eisdem præ-
 scribit atque commendat, in utraqve *Epistola*, ad *Timotheum*, &
Titum, directæ, quæ non immerito ab illis diligenter considera-
 ri & perpendi debent. At enim vero nec illud omittere pos-
 sum diæterium, quod haud raro circumfertur, & Viris, rerum
 suarum magna cum laude satagentibus, hominumque mores
 emendantibus, objici solet: Die ärgsten Studenten werden die
 frömsten Prediger. Hoc ipso enim illudores declarare vo-
 lunt, verbi præcones, in vitia eruditorum animadvertentes,
 iisdem antea, cum in Academiis studia tractassent, fuisse de-
 ditos, eo quod experientia edocti omnium optime nossent,
 quæ ratione homines vitam suam instituerent, atque ad qua-
 vis peccata committenda essent propensi. Labet autem di-
 ctum istud, valde tritum, in hac, quam, divina fretus gra-
 tia, conscribere in animum induxi, Diatriba, paucis nunc
 sub examen revocare, & observationibus nonnullis illustrare.

S. 2. Illius autem mentionem fecit *Heinricus Justus Bösl-*
er, *Mæno-Francofurtanus*, qui autor est *Dissertationis Theologicae*,
 de

de Ministris Ecclesie, sub ductu magnorum in Ecclesiam merito-
rum Theologi, D. Jo. Hülsemanni, in Academia Lipsiensi A. MDCIL.
proposita, cujus verba in *Theses tertie* S. I. ita fluunt: *Impro-
bum ergo illud proverbium à nemine probo probabitur: Die ärgsten
Studenten werden die frömsten Prediger/ die wissen/ wie einem
Schale umbs Herke ist. Nec incicias ire volo, persepeme
olim audivisse, Concionatores sacros, verbis disertis res ma-
le gestas enarrantes, & increpantes, ea cum primis notare vitia,
quibus ipsi olim fuerunt commaculati. Hinc verba valde acu-
leata ex ore infano eructant: Wie fein wissens doch die Herren
Prediger/ vielleicht haben sie es auch in ihrer Jugend also gemacht?
Denn man suchet keinen hinter der Thul/ er habe denn selber darhin-
ter gestekt.* Merito autem rejiciendas esse hujusmodi voces,
quippe quæ vel charitatem & honorem, Ecclesie ministris
præstandum, mirum quantum lædunt, vel Numinis cœle-
stis ordinationem evertunt, cuilibet patere arbitror.

S. 3. P. Primo autem dissimulare nolo, nonnunquam in
Mularum domicilliis Juvenes reperiri, qui, à virtutis via de-
stectentes, scelerata & nefaria designant facinora, quibus De-
um sibi reddunt iratum, Præceptorum favore privantur, con-
scientiam reddunt inquietam, atque infames prorsus red-
duntur. Spectat huc *epistola illa, quam D. Leonhardus Hutse-
rus A. MDCIX. Wintemberga Sundam ad D. Conradum schliffelbur-
gium scripsit, in qua lurconum quorundam impietatem, pœ-
namque divinitus inflictam, hisce verbis dedit descriptam:
Rumor ille, qui de desultoria quorundam studiosorum impietate ad vos
delatus est, non plane est de nihilo, licet non omnia vera sint, que à
diversis ad diversos sint hac de re perscripta. Vivunt superiorem classem
proxima Studiosi quidam, reliquis petulantiores, Baccho Venerique
dediti, ex quorum societate unus aut alter, cum non haberent, qui
in poculis & cantharis exhauriendis respondere vellent, Diabolum pro-
vocarunt, ut ipse potando suppleret, quod ex sociorum infirmitate
desiderabatur, non quidem quod fœdus aliquod cum diabolo inire vel-
lent, sed quod in tanta temulentia, tanquam furie, nesciens, quid
legerent & loquerentur. Quamquam vero Academia nostre non de-*

Anz

fuerunt severiores disciplina, quibus coerciti fuerunt: ipse tamen De-
 us ira & vindicta sua exemplum in ipsis quoque statueret, ita ut
 paucis diebus post alter in Albi misere perierit, alter vero cultello con-
 fessus ebriam exhalaret animam. Conf. Epistola Theologorum, à B.
 Schlüsselburgio collecta, & Rostochii 1625. edita p. 506. coll. B.
 Carpzovii Enebr. P. I. p. 407. Quamvis autem non omnes
 tam profligata vitæ juvenes dici mereantur, aut *carnu delicta*,
 prout Jureconsulti ea delineare solent¹⁾, nefario aulu pa-
 trare instituant, attamen negari haud debet, vitam sanctam,
 quæ à renatis exigitur, à quam plurimis, qui in studio litte-
 rarum versantur, postponi & prorsus contemni. Verum
 nec illud reticendum hic esse arbitror, sapissime nugigerulos
 elephantem ex musca facere, atque falsos rumores multa in-
 vulgus spargere, quæ à veritate prorsus aliena, & à malevolis
 hominibus eum in finem excogitata sunt, ut tum Academiis,
 tum earum Doctoribus, & cultoribus injuriam inurant. Huc
 ergo referri debent sequentia, quæ larvatus autor, qui se *Eli-*
am Pratorium vocat²⁾, in libro, cui titulum fecit: *Spiegel der*
Misbräuche bey dem Predigamt im heutigen Christenthum / p. 10. scri-
 psit, iram in Academiis evomiturus: Jesho werden die Prediger
 beruffen von dem Academischen (oder vielmehr Kakodaimonischen)
 Gau und Welt-Leben, wenn nemlich ein junger R. als / der sich in
 demselben wüsten wilden Leben etliche Jahr (je länger, je höher und
 gelehrter er gehalten wird) zum wenigsten ein ganzes Jahr uffge-
 halten. und mit seinem wilden / wüsten Gauß und Fräs-Leben
 dem Geist der Finsterniß je mehr und mehr sich unterwirffet. Re-
 cte autem profligato & perduto hujus hominis judicio fuit re-
 sponsum à Venerando Theologo, D. Jo. Müllero, in peculiari
Opuscu-

1) Provoco ergo ad peculiarem *Dissertationem Juridicam*,
 quæ de *Delictu carnis*, in *Academia Rostochiensis* sub præsidio B. D.
 Georgii Radovii A. MDLXXV. est proposita, & XI. Capitibus illa
 fusus exhibuit improbavitque. 2) *Christianum enim Hob-*
burgum verum hujus famosi libri scriptorem esse, pernotum
 est. Vid. B. *Vincenii Placcii Theatr. Anon. & Pseudonym. f. 519. sq.*

Opuscula, quod communi *Presbyteris Tripolitani* nomine & consensu adornavit, & *Kurze*/nothwendige/ in Gottes Wort gegründete *Warnung*/vor dem Gotteslästerlichen ärgerlichen *Schandbuche*/welches unter dem Namen *Eliä Pratorii* von dem *Misbrauche* des *Predigamts* heraus kommen/ etc. vocatur, p. 201. sq. cujus verba hic adducenda esse arbitror, eo quod probent, juvenes dissolutiores non excusari ac defendi, eosdemque à probis & ingenue educatis esse segregandos. Die *Leges* und *Gesetze*/ welche auff hohen *Schulen* gelesen/ und jungen *Studenten* gegeben werden/ weisen es aus/ daß alles auff *Gottseligkeit*/ *Zucht* und *Erbarkeit* gemeinet sey / wie denn junge Leute mit einem *Eide* zusagen müssen/ denselben nachzuleben. Es werden solche wilde und wüste *Gesellen*/ um ihres bösen Lebens willen/ auch vielfältig gestraffet/ mit *Gefängniß*/ mit *Verweisung* und *Relegation* von *Universitäten*. Man schreibt an ihre *Patronen*/ thut ihnen zu wissen/ wie übel sie sich verhalten/ es wird ihnen oft gewehret durch ernstlichen *Befehl* der *Obrigkeit*/ durch *persöhnliche* Gegenwart grosser *Herren*/ durch *scharffe* *Predigten* und andere *Vermahnungen*. Imo, ut ingenuitatem suam magis magisque notam faciat, non veretur fateri: Es sind wilde unbändige *Gesellen* untern *Hauffen* / die keine *Vermahnung* achten / sondern sich von *Teuffel* leiten und führen lassen/ und also selber *Ursach* ihres eigenen *Verderbens* seyn. Hisce autem pios opponit, quorum pariter numerus haud est exiguus: Sind wilde *Säufer* und *Schlemmer* auff hohen *Schulen* / so sind auch viel *gottselige* / *fleißige* / *feine* *Studenten* zu finden/ die von ganken *Herzen* *Gott* fürchten/ ein *stilles* *eingezogenes* *Leben* führen/ ihres *Studirens* abwarten / an dem wüßten *Sauleben* der *Müßigänger* ein *grosses* *Misgefallen* tragen/ ihnen mit *guten* *Exempeln* fürgehen/ auch mit *Worten* zum *Guten* *vermahnen*/ welches kein *Mensch* leugnen kan/ der jemals hohe *Schulen* gesehen.

S. 4. At enim vero nulla propterea elici potest conclusio, illos statim, quia improbos, & quatenus diffluere luxuria, & delicate ac molliter vivere solitos, sacris muneribus admoveri. Prudenter enim monent Theologi gravissimi, eos ministros esse vocandos, quorum mores ad honestatem


3.
3.
es
10
1-
17
e-
m
os
in
lis
is,
ue
li-
des
ri-
ger
en)
in
und
ge-
ben
Re-
re-
ari
scu-
am.
D.
illa
lob-
um
sq.

Ratem sunt compositi, nullisque flagitiis erroribusve conta-
 minati. Nam à teneris assuescere multum est, & qui in adolescentiâ
 stolidi, ignavi, ebrii, libidinosi, & aliis vitiis sordidi fuerunt, hi, cum
 ad ministerium ventum fuerit, raro virtutum harum (à Paulo puta
 præscriptarum) gustum aliquem percipiunt, Semper enim recur-
 runt ea, quæ placuerunt juventuti, & consuetudo alteram tandem quæst
 facit naturam, verba sunt B. D. Fridor. Balduini, in brevi Institutione
 Ministrorū verbi, c. XXVI. §. III. p. 285. Hinc svadent insinul, circum-
 specte agendū esse, si studiosi, qui vanitatis mundi hujus olim
 fuerunt dediti, atq; vitiis haud levibus laboraverunt, ad officiū
 Ecclesiasticum sint vocandi, ne scandalum cœtui sacro, cui præ-
 fici debent, præbeatur. Non displicet mihi hao in re senten-
 tia magni Gerhardi, quam T. VI. LL. Theol. §. 277. p. 449. sq. hisce
 verbis expressit: *Circumstantiarum diligens & accurata consideratio
 manifestum faciet, quid in ejusmodi casibus faciendum sit. Cum-
 primis distingvendus est necessitatis casus ab ordinaria regula. Si alii
 idonei Ecclesiæ ministri haberi possant, nequaquam vel eligendi vel re-
 vocandi sunt, qui in gravius aliquod delictum fuere prolapsi, etiam post
 operatam penitentiam: sin minus, præstat tales admittere, quam Ecclesiam
 necessariis Ministris destitui.* Addatur B. D. Paulus Tarnovius de Ministerio
 Ecclesiast. Lib. I. C. XXI. Qv. 3. p. 252. sq. D. Jo. Conr. Dannhaverus in Theol.
 Conscientiar. T. I. p. 988. sq. & in Theol. Casual. p. 225. sq. ac P. III. Lect. Ca-
 thed. p. 95. M. Melchior. Sylvestri Eckardi Pastor Conscientiosus, Class. 1. Qv.
 XI. p. 24. sq. D. Jo. Andr. Qvenstedtii Ethica pastoralis, p. 200. sqq. D. Jo.
 Decbii Instructio pastoralis, p. 31. Nec à scopo abluere videtur B. D.
 Jo. Ludov. Hartmannus in Pastoral. Evangel. L. I, C. VI. p. 91. existi-
 mans, eos, qui luculenta veræ pœnitentiæ ediderunt specimina,
 non esse rejiciendos. Non arcantur ab ecclesiastica functione pec-
 catores conversi, vel à lapsu resurgentes, quales fuerunt Matthæus &
 Paulus: eluere enim labem omnem ac scandalum abolere potest seria pœ-
 nitentiâ, ac manifesta emendatio, eaqve in solatium Ecclesiæ proposita
 Luc. 5, 27-29. I. Tim. 1. 12. 13. Hinc sæpissime contingere solet,
 ut illi, qui sacris ordinationis Ecclesiasticæ initiati fuerunt, ea-
 que monita, quæ tunc temporis eisdem fuere suggesta, dili-
 genter perponderunt, vitia, quibus antea dediti fuerunt, exue-
 riant

rint, ac postea indefessi veræ pietatis evaserint cultores, eam-
 que serio in sacro munere excoluerint. Spectant huc sequen-
 tia, quæ in libro non ineleganter scripto, qui *Wolberuffener*
Priester vocatur, & Reverendum Virum, M. *Christianum Cru-*
sum, Pastorem Allerstädiensem in Ducatu *Qverfurtensi*, au-
 torem habet, & nuper admodum, *Prologo galeato Venerabili*
Vir, & *Orthodoxias promovendæ laude* valde conspicui,
Erdmanni Neumeisteri, instructus, *Hamburgi* prodiit, p. 494. (coll.
 p. 289.) leguntur, mentemque meam non parum confirmant:
 Ich habe aus des seel. D. Lehmanns/ der bey seinem langwierigen Su-
 perintendenten-Amte/ dergleichen man nicht viel in der Evangeli-
 schen Kirchen finden wird/ die Candidaten bey hunderten/ ja tau-
 senden/ nach und nach ordiniren helfen/ seinem Munde mehrmals
 gehöret: Er habe aus der Erfahrung, daß öftters aus bösen Stu-
 denten die vortrefflichsten Männer und fromme Prediger ge-
 worden/ nach der Ordination, wenn sie sich haben es lassen ei-
 nen Ernst seyn/ und mit heiliger Andacht das Werck mit ange-
 fangen; Aber bisweilen wären es Schälcke geblieben/ zumal
 die aus dem Pabsthum wären ordiniret worden.... Ich meines
 Orts habe gleichfals unterschiedliche gekennet / welche stättliche und
 exemplarische Prediger nach der Ordination worden/ welche vor-
 her mancher Weltlust bergewohnet / und nicht leichtlich was aus-
 schlagen/ sondern gern mitgemacht/ zumal wenn die Brühе über das
 Kalbfleisch gegossen worden/ das ist: Wenn sie *Creus* und *An-*
fechtung erfahren. Si ergo contingeret, ut ex Studiois irre-
 religiosis fierent Verbi ministri, vera pietate coruscantes, atque
 severi morum improborum censes, tunc sane benignissimi
 Numinis gratia merito agnoscenda ac deprædicanda esset,
 quod eos illuminationis, conversionis, regenerationis, poeni-
 tentiæ, justificationis, & renovationis, reddiderit compotes.
 Quamobrem non solum illi præcones, qui ad ejusmodi vi-
 tz commutationem divina virtute pertracti fuerunt, quoties
 recordatio pristini status animum subiit, ac dolore sincero
 denuo affecit, Deo gratias persolvere debent maximas, sed aliis
 quoque autores esse possunt, ut omnes pravitates animi evi-
 rent,

rent, ipsorum exemplo morum honestati studeant, nec temerario ausu in omni scelerum & flagitiorum genere volutari patientur. Hac enim ratione ipsorum ministerium nec Deo erit invisum, nec aliis inutile, imo quam plurimos ab exitio & interitu tempestive liberabit. Quamobrem minime culpandi sunt illi viri, qui, juvenutis delicta nonnunquam commemorantes, auditores, aliosque, in voluptates immerfos, de emendatione vitæ in tempore instituenda admonent, ne conscientiaë morsus persequentur aliquando insuperabiles. Quo autem pacto commemoratio vitiorum fieri queat, sancta memoria Theologus, *Fridericus Balduinus*, optime in *Comment. in Epist. Paul. f. 1266.* indicavit, ita scribens: *Ingenua confessio vitæ ante male actæ est laudabilis exemplo Pauli, qui blasphemias & persecuciones suas profiteri non est veritus, postquam misericordiam consecutus est. Non autem fieri debet illa confessio, quasi gloriamur in malitia: nam, ut Augustinus ait, non est gravius scelus, quam de peccato remisso recordando gaudere; sed ex vera animi humilitate, quæ Dei immensam misericordiam agnoscit. Ea enim semper major & malis jucundior sit, quo profundior nostra agnoscitur miseria. Imo fit ejusmodi confessio, ut summi Viri, B. Dannharveri verba repetam, quæ in ipsius Theol. Conscient. T. I. p. 221. sq. leguntur, parrhesiasticæ, detestatorie, aperte. Sic David sceleris sui perpetuum testem & præconem esse voluit Psalmum quinquagesimum primum. Sic Paulus I. Tim. I. sua enarravit crimina, sic Augustinus libros confessionum edidit. De Augustini autem Confessionum libris, quorum diligens lectio nec jucunditate nec utilitate carere potest, ut non immerito sacram literarum cultoribus commendari queat, præter adductum Dannharverum P. IX. Lect. Catech. p. 71. conferri meretur Lud. Ellies du Pin in Nova Bibliotheca Auctorum Ecclesiasticorum T. III. p. 295. sqq. Quamobrem illos quoque Doctores, qui mores postea emendarunt, vitæque innocentia præditi sunt, ut auditoribus exemplo esse queant, audiendos & sequendos esse arbitror, licet ipsorum peccata singulis innotuerint. Etenim dum ipse Deus eos ad veram delictorum juvenutis agnitionem perduxit, atque donis Spiritus sancti sanctificantibus exornavit,*

vit,



vit, ut salutem suam cum timore ac tremore operari incipiant, cur, quæso, verbum Dei, quod annunciant, vera fide non esset recipiendum, ipsorumque opera inefficax, prorsus dicenda ac repudianda? Hoc enim modo nec *Davidis*, nec *Pauli* scripta, nec *Petri*, *Matthæi*, aliorumque monumenta in consilium essent adhibenda, eo quod ipsorum auctores variis sceleribus fuerint inquinati. Verbum enim, quod minister docet, ac pia mente recipitur, homines ad veram pœnitentiam, salutemque æternam, pertrahere, atque Deo, propter Christum, fide apprehensum, acceptos reddere potest. Ut non attingam, illos, qui *Satanæ* insidiis olim obnoxii fuerunt, ipsorum casum miseriamque omnium optime dolere, qui, à maligno generis humani hoste pariter circumventi, varia perpetrarunt flagitia, adeoque conscientiam perturbatam, & iram Dei pœnarumque acerbiter pertimescentem, efficacissime erigere & recreare posse. Eò respicit supra laudatus *Dannhæfferus*, in *Lact. Catech. P. IIX. p. 145. b.* de vera ministri Ecclesiæ humilitate ita commentans: Diese Demuth stehet sonderlich wohl an den *Matthæis*, *Paulis*, *Petris*, *Augustinis*, *Hieronymis*, die irgends in schwere Sündenfall gerathen / und dennoch durch überschwen-gliche grosse Güte und Barmherzigkeit Gottes wiederum begnadets und ins Lehramt gesetzt worden. Ihr Sündenfall / ihr Fleis-sches Pfahl / dient nicht allein zur beständigen Demuth / sondern auch zu mehrern Wiffer in Sündung der Brüder. Ein Bollhül-gel kan von der Weinsülle erbaulich nicht predigen: Wer in Weis-ersoffen / kan wenig bauen / da heißts: Arbt hilff dir selber! i præ, seqvar, gehe zuvor hinterwerts / ich wil dir folgen / sagt der junge Krebs zum alten: Verstehe / so lange der Prediger in solchem Sündenstand bleibt und verharret: Kehret er aber um / wird zahm / und wie *Paulus* aus einem Wolff in ein Schaaff ver-wandelt / so kan er / als ein versuchter Fechter / der zuvor wol gepantzerfegt / dem Teuffel durch die Spiesruthen geloffen / und denselben lernen kennen / von den Wunden der Seelen wider die Laster / die er begangen / desto kräftiger predigen / und andere warnen, Reprehendendi ergo illi sunt auditores, qui

R

Verbi



Verbi ministros audire, atq; ipsorum monitis morem gerere detrectant, eo quod in juventute, cum studiis sacris operam navassent, mundi pariter vanitatibus fuerint dediti. Non enim ad prima vitæ tempora, quæ & ipsi rejiciunt ac detestantur, sed ad ipsorum cumprimis officium est respiciendum, quod ex mandato divino administrant, eosque admonet de vitis hominum taxandis, *Es. 58, 1. 2. 2. Tim. 4, 2.* Qui ergo hos despiciatui habet, ille ipsius Dei verbum contemnit, *Luc. 10, 16. 1. Thess. 4, 8.* Quapropter non personæ, sed officii dignitas considerari debet. Imo si præceps verbi in aliorum animadvertit vitia, propriam suam conscientiam hoc ipso examinat, & si eandem læsam fuisse deprehendat, statim Deo suo benigno cordis contritionem offert, atque de admittis juventutis suæ delictis valde dolet, illumque, qui solus peccata remittere potest, efflicti rogat, ne solatio verbi destitutus partes sibi commendatas negligenter obeat, sed magna animi alacritate peccatores corrigat. *Reatus enim peccati non absolvit peccantem (seu eum, qui olim peccavit) à debito sui muneris; ut potius eum moneat, ut desanctus hac functione & se, & correum emendet, hocque stimulo feditatus, corrigat prius in se ipso, quod in fratre correcturus erat, Prov. 18, 17. Matth. 7, 4. ut verba nunquam satis laudandi Dannharveri & Theol. Conscient. T. 1. p. 1146. hic repetam.*

§. 5. Ulterius nec hoc silentio prætermitti debet, sacrorum antistites pessimos hominum mores indicare & rejicere, non eam ob causam, ac si eisdem olim fuissent polluti, sed quod vel ipsorum commilitones, vel alii homines, inter quos fuerunt conversati, illis sese nobilitassent. Etenim dum in mundo maligno versantur, ipsius quoque indolem, mundanosque homines, statim cognoscunt, ut haud difficulter occasionem nanciscantur improbitatem hominum reprehendendi. Nonne enim sacræ literæ, divinitus traditæ, impios verbis disertis describunt & increpant? Has igitur diligenter legentes, merito omnium ob oculos ponunt flagitiosam hominum vitam, serioque auditores ab illa dehortantur, licet horrendis proinde conviciis proscindantur. Accedit & illud, hoc

hoc enim prudentis est verbi Ministri, quod ea aperte coar-
 guere soleat vitia, quæ in grege sibi commisso passim sunt, ob-
 via, & in oculos omnium incurrunt. Ast dum veritas odi-
 um parit, haud raro accidere solet, ut ingenuus verbi Mini-
 ster auditorum, vitii inbutorum, & propterea graviter taxa-
 torum, indignationem in se convertat, eorundemq; animos ex-
 acerbatos atqve implacabiles reddat, ut maledicta haud pauca
 impudentissimo ore in eum conijciant, atqve de præclara ejus
 existimatione detrahere & diminuere non vereantur. Co-
 gnitum hoc olim fuit sæpius hætenus adducto *Dannhaver*, qui
 ejus rei ergo *P. III. Lect. Catech. p. 92.* sequentia notavit: *Con-*
scientiam præstare possumus, famam non possumus. Es haben
 die Prediger gar breite Fuß/ es darff nur ein Lügenmaul aufstehen/
 und sich erkühnen etwas zu erdichten/ das dem Predigant übel an-
 ständig/ als wenn es wahr wäre/ gleich finden sich deren mehr/ die
 es glauben/ und folgendes offerreden/ als die es nicht glauben. Wie
 Freud in Himmel ist/ über einen Sündler/ der Busse thut; so ist
 Freud bey der Welt über einen Prediger/ der irgend einen geringen
 oder wol ihm anertichteten Mistritt thut. Si evagari nunc vel-
 lem, ad Doctores, quos prisca ætas fovit, merito respice-
 rem, de quibus memoria est proditum, quod iniquissimi ho-
 mines laudes ipsorum verbis maledicis falsisque rumoribus ex-
 scindere soliti fuerint, eum tantum in finem, ut contra doctrinam
 puriorem, quam docuerunt, eo impudentius repugnant.
 Commemoravit nonnullos eorum luculentum illud *Pro-*
gramma, quod clarissimus Vir, *D. Jo. Paulus Hebenstreitius*, de *The-*
ologis summis, multiplici calumnia appetitis, in *Academia Jenensi A.*
MDCC. conscripsit. Nuper admodum de invidorum vitu-
 peratorum conviciis pergraviter conqueustus est Orator & Poë-
 ta suavissimus, atque *Hamburgenfium* nunc ornamentum pror-
 fus eximium, *Erdmannus Neumesstus*, in proluxa satis *Præfatione*,
 qua sermones suos sacros, qui vocantur *Priesterliche Lippen in*
Bewahrung der Lehre, mactavit, è qua nonnulla hic excerpe-
 re placet, ut singulis eo melius constare queat, multa de *Eccle-*
siarum Doctoribus narrari & circumferri, quæ falsa sunt, impia,
 &

& charitati verae adversantur. Ita autem discretissimus viro-
rum calamo admodum gemebundo scripsit: Ist doch fast kein
Laster mehr / dessen man mich nicht beschuldiget hätte / daß ich nicht
etwas heimlich / sondern öffentlich zum Uergernis der ganzen Gemein-
de darinnen lebte / absonderlich was das sechste Gebot betrifft. Kei-
ne Weibsperson durffte in meinem Hause aus- und eingehen / ob sie
auch gleich nur mit meinem lieben Weibe gesprochen / und ich offe-
von ihrem daseyn nichts gewußt / so war sie verdächtig. Besuch-
te ich eine Patientin / so mußte es eine verstellte Kranckheit heißen /
damit sie nur Visiten von mir empfangen könnte. Auch alte Matros-
nen / die etwas an ihre Milbigkeit gegen mein Haus spüren lassen / mus-
sten über der Lasterer Zähne springen. Ja dahin kam es / daß man
auch so gar des Reichstuls nicht verschonte. Bald sollte ich mich
auch in Weibesseiber verstellter haben / darinnen ertappet / und zum
Spectacul durch die Stadt in meine Wohnung geführt worden
seyn. Bald sollte ich in einer Mönchs-Kutte / bald in einem schwar-
lachenen Mantel und blonden Perruque / bald wieder anders / auf-
gezogen seyn / die verbotene Gänge desto sicherer zu bewerkstelligen.
Cum ergo praeclara conscientia sustentaretur, quippe qui ab
illa transversum unquam non discesserat, armissime de illis
culpationibus asseveravit, eas à mendacissimis affectas & disse-
minatas fuisse, ut perinfamis redderetur, odioque esset apud
omnes. Hiis autem verbis testificatio ejus concepta legi-
tur: Demnach bezeuge / als mir dessen mein Gewissen Zeugnis
giebet vor Gott / bey Gottes Namen / und dessen ewiger Wahrheit /
und wo ich daran lüge / so begehre ich verbannt zu seyn von Christo /
und mein Name müsse ausgeilget werden aus dem Buche des Lebens /
und kein Theil bleibe mir an der Stadt Gottes / und Erbe der ewigen
Seeligkeit / daß ich weder in meinem ledigen / noch verhehlten Stan-
de / niemals eine Person / denn mein Eheweib / und zwar auch nur in
wärrlichen Ehestande / erkannt habe. Unus quisque ergo facil-
limo

3) Vestigiis amicissimi Viri instituisse nuper videtur dignissi-
mus Ecclesiae Schneebergensis Archidiaconus, M. Christiana

Eriz

Imo negotio animadvertet, Viris de Ecclesia benè merentibus persæpe multa iniquissime imputari, quæ fama mendax divulgavit, ne ipsorum sermones, quibus auditorum mores emendare student, ab iis admittantur. Hinc elumbis ac fracta est ratiocinatio, quæ vulgo auditur: Verbi Minister taxat auditorum vitia, ergo illa quoque in eodem fuerunt deprehensa. Lædit enim hæc argumentatio charitatem sinceram, quæ, nisi evidentissima rerum adsint testimonia, nihil mali de proximo & Mystra cumprimis sperare jubet & cogitare. Imo prudens ne mendacium dicat, cum inter omnes constet, ingeniosos ad comminiscendum passim inveniri, qui ingenuis Ecclesiæ Doctoribus irasci, atque malevolentissimis obrectationi.

B 3

tionē

Fridericus Schindlerus, cum A. MDCCXIX. in ipsius domo inopinatum incendium exortum esset. Etenim cum quidam civium existimarent, quod officio suo in indicando hoc periculo minus recte satisfecisset, atque universum propterea populum sibi iratum esse videret, animum calamitate fractum & afflictum, non melius leniri, aut illum placari posse judicavit, quam si in cathedra sacra sancte juraret, sua culpa istam deflagrationem oppidi haud ignobilis nequaquam fuisse factam. Merentur autem verba, quibus in *homilia sacra*, qua *Es. LIX. v. 7.* illustravit, usus est, hic apponi, quæ p. 6. sequentem in modum fluunt: *Es ist ist zuviel was ich sage / ich sage es aber mit gutem Gewissen und Bedacht: Woferne ich und mein Eheweib wissen/wie und wo das Feuer eigentlich angegangen / oder / so bald wir aus dem Schlaf erwecket worden / dasselbe nur einen Augenblick vertuschet / das unsrige zu retten / so wollen wir nicht theil haben an dem Reiche Christi und seinen theuer erworbenen Heils Gütern. Das ist vor Gott ein theurer Eydschwur / zu rettung abre meiner Unschuld desfalls nöthig.* Prætermitto Virum Clarissimum, *Quedlinburgi* res sacras moderantem, qui haud dissimiliratione à calumniis impactis non ita pridem se dedit libera-

tionibus ægritudinem asserere non erubescunt. Verum dum hæc aliaque incommoda animum pii sacerdotis frangere non debent, ita contra omnes ingenii vires eò contendere necesse est, ut flagitiosam auditorum vitam prudenti atque masculo animo emendet, ac reliqua Deo optimo, cui ministerium suum accommodavit, unice committat, qui auxilio suo eundem nunquam sinet destitutum.

S. 6. At enim vero licet dicitur hoc nemini, cui vera pietas curæ cordiq; est, probetur, sed, omnium suffragio rejiciatur, minime tamen, quantum mihi videtur, illos reprehendendos esse arbitror, qui vel illecebris vitiorum & lenociniis cupiditatum incauti se dederunt, vel in varia offendicula inciderunt, si postea Studio sacro valedicant, & aliud tractare instituant, ne sibi aut aliis detrimentum afferant. Nolo quidem nunc de eo disquirere, *utrum Studiosus Theologia salva conscientia Theologiae Studium deserere, & Jurisprudentiæ aut Medicinæ se consecrare possit?* cum istud argumentum famigeratissimus Theologus, D. Jo. Frid. Mayerus, luculenta *exercitatione Practica*, quam Museo Min. Str. Ecclesie p. 165. sqq. inseri curavit, discussit, mihi tamen temperare nequeo, quo minus unum aut alterum exemplum hic afferam. Refert ergo huc meretur D. Hieronymus Schmidius, Senator Hildesheimiensis, A. MDCLXXVI, annum ætatis quadragesimum & primum agens, denatus, de quo in *homilia funebri*, in Es. 57. v. 1. M. Jo. Albrecht sequentia commemoravit: *Nachdem er aber durch vielfältige Verfolgung und Ungelegenheit so bey solchen jungen Leuten vorzufallen pflegen/ von seinem Vornehmen abgeschreckt worden/ hat er solches ändern/ und das Studium Juridicum dafür eligiren und erwählen müssen. Cui addo Jo. Sporlingium, consummatissimæ laudis virum, qui, cum manus ipsius à furioso homine mutila & lacerata esset facta, in sacras litteras incumbere noluit, sed arti medicæ animum suum addidit, existimans, Verbi ministrum laceratione corporis affectum haud facile ad sacrum munus evocari 4). Rem omnem*

4) Juvabit hic evoluisse *Dissertationem Academicam, Ministrum*

Ec-

1769

omnem fusius descripsit *Augustus Buchnerus*, cujus verba è *Dissertationibus Academicis*, p. 961. hic repetere haud erit dividia:
 „Optimus pater cum istunc filium videre Theologum optaret,
 „velleretque maxime, non restitit voluntati ejus nati pietas, &
 „omni industria atque contentione animi in illud studii incu-
 „buit genus. Nam quicquid hujus ingrederetur ac ageret, id
 „sedulo serioque agebat, quantumque afferret ardoris ac im-
 „petus, tantum & afferebat constantiæ. Parum existimans,
 „bene incipere, nisi æque pertendas. Itaque domi nulli
 „labori parcere, nullis cedere vigiliis, meditari, legere &
 „commentari assidue, foris obire lectiones, & acroases publi-
 „cas, dictata excipere, frequentare illustres palæstras, nunc
 „respondentis quandoque & præsidis fungi partibus; hoc
 „quasi præscriptum habebat perpetuum & proprie suum existi-
 „mabat. In hoc præclaro curriculo cum esset, ex insperato
 „intervenit casus, qui moraretur non tantum studia ejus, sed
 „præstitutum eorum ordinem totum interverteret. Cum
 „enim à cœna in grassatores quosdam incidisset, in lava ac-
 „cepit vulnus, ex quo, dum parum intenta cura rem agit Chi-
 „rurgus, plane perdidit manum. Noverat non nisi integra
 „Deo sacrandæ: & improbatos paganis quoque sacerdotes, qui
 „inani ac mutili essent. Hærebat igitur, an pergeret cœ-
 „ptos hæctenus cursus, an aliò flecteret, atque diversam sibi
 „figeret metam. Deliberantis æstum explicuerunt duo sum-
 „mæ auctoritate ac sapientia Viri, *Fridericus Balduinus*, *Ecclesiæ*
 „nostræ *Antistes*, cognatus nostri, & *M. Erasmus Schmidius*,
 „ambo *Professores publici*, qui facile persuaserunt, ut à *The-*
 „ologia ad *Medicinam* animum suum transferret.”
 §. 7. Necessarium præterea vel maxime judico, ut unus-
 quisque Studiosorum, qui ad sacram cathedram aliquando eve-
 hi peroptat, non solum veræ doctrinæ, seu orthodoxiæ addi-
 scendæ

clesiæ corpore vitiosum sistentem, quæ in *Academia Lipsiensi* A
 MDCCXV. sub ductu *Cel. Theologi, D. Jo. Schmidii*, Præcepto-
 ris mei perquam honorandi, est proposita.

in
le-
st,
no
ac-
in-

tas
ni-
bi-
in-
st-
ne
e de
ogix
stis?
Fo.
stri
nen
hie
dius,
qua-
e fu-
avit:
gene
n sei-
und
Cui
cum
ta, in
num
cor-
Rem
anem
istrum
E-

scendæ operam impendat, sed pietatis etiam, in sacris literis
 delineatæ, rationem habeat, atque sic vitam nullis flagitiis
 commaculet. Hoc enim pacto haud adeo facile calumnias
 hominum experiri, eorumque dicta audire habebit neces-
 se. Admodum mihi placent pulchella verba & monita, quæ
 & pietate & doctrina eminentissimus Theologus, cujus famam
 nulla unquam delebit oblivio, D. Jo. Fechtius, in *Instruktionem Pa-
 storali* p. 15. sqq. exhibuit, digna, quæ ab omnibus diligenter in-
 „crebriorem usum convertantur: „Theologiae Studiosus per
 „ipsam professionem pietatis ab aliarum Facultatum studiosis
 „debet discerni, Nihil turpius est quam vocari theologiae &
 „Dei cultorem, & non tantum mundanis immergi, sed ad gla-
 „veram animi pietatem in ipso ministerio perveniunt, qui in
 „academiis flagitiose vixerunt. Frigida est plerumque per to-
 „tam vitam pietas, quæ non statim cum ipsa studiorum origine
 „conjuncta fuit. Habitus enim in juventute radicati difficulter
 „moventur, aut, si moventur, in stolidum Fanaticismum mutantur:
 „Fit enim sapissime divino judicio, ut ob maculam, ex perdita vi-
 „ta in academiis contractam, raro ad honestiora officia tales
 „vocentur, metuentibus Patronis, ne muneribus admoti ad ge-
 „nium suum redeant. Cujuslibet Theologiae Studiosi mu-
 „seo inscripta esse debet memorabilis Pauli sententia: *Pietas*
 „*ad omnia utilis est*, I. Tim. IV. 8. & illa Psal. *Impiorum via peri-*
 „*bit*. Psal. 1. ult. *Pietas non consistit in verbis, in gestu, in*
 „*vestitu, sed in amore semper in Deum defixo, & in propo-*
 „*sito, nunquam ab ejus lege, quantum infirmitas humana pa-*
 „*titur, recedendi. Uno verbo: timendus est Deus, vere &*
 „*serio. Quicquid agimus, semper cogitandum est, an Deo hoc place-*
 „*at, & statum nostrum deceat? Pietas non pietistica & fana-*
 „*tica esse debet, sed realis. Utinam hæc possent intimis o-*
 „*mnium theologiae cultorum precordiis imprimi! Quam bo-*
 „*nos olim & fructuosos Pastores habituri essemus! „ Nec di-*
 „*versa ab his sunt, quæ summus Virorum, D. Jo. Hülsmannus, in*
 „*Methodo studii theologici* p. 216. sq. tradidit: *Pietas erga Deum &*

Proximum est fundamentum, cui tota structura committenda est. *Si quis voluerit facere voluntatem patris mei, is cognoscet de doctrina mea, an sit ex Deo, Joh. 7, 17. 1. Joh. 2, 3. Sir. 32, 20.* Nec enim putandum, sacram Theologiam esse tantum mentis habitum, seu apprehensionem rerum scibilem, qualem Diaboli habent, sed esse habitum practicum, qui debet à sciente ad sua & aliarum animarum salutem adhiberi. Ejusmodi non ingreditur animam malignam, & corpus peccato subjectum, Sap. 1, 4. Sacra tractaturos oportet corde & corpore à sordibus peccatorum contra scientiam ablutos esse, Exod. 40, 12. 11. 32. Recte itaque laudabiliterque fecit præclarissimus liberalium artium Antistes, Augustus Buchærus, quod petulantiam ac proterviam quorundam, qui sacris litteris consecrati erant, in Dissertationibus Academicis p. 616. hisce verbis ponderosissimis correxerit: Hos oportuit maxime omni abstinentia ac continentia generi mature assvescere se; quicquid aut turpitudinis aliquam aut iniquitatis speciem præferat, habere procul, & execrare modis omnibus. Neque enim eluuntur ex facili maculae, quæ insidens cuti alius; quem semel humorem restabit, retinet: nec exiuntur temere vitia, quæ in ætate adolescente assvescere siveris. Quos mores, igitur, quam animarum innocentiam olim in templa suggestusque sacros afferent tales? Qua fronte accusabunt in alius labe, quibus turpati pessimè ipsi ac deformes fuerint? Quo fructu monstrabit verum ac rectum, quem sua ipsius vita redarguat? Seducit & perdit oviculas, qui non expresserit ipse, quæ docet. Plura suggerent Venerabilis Abbatis Mariævallenensis, D. Jo. Andreae Schmidii, Meditationes, de studiosi Theologiae Facultatis, Vita & studiis, p. 79. 199. Ceterum non male sibi consulunt sacrarum litterarum cultores, si diligenter facris publicis intersint, & admonitiones Ecclesiarum admittant. Deus enim verbum suum efficax sinit esse in iis, qui malitiose non repugnant, sed vitæ rationes emendari cupiunt, quo ejus subinde favore gloriari, & cuncta, quæ exorsi sunt, eo feliciter pertexere queant. Spectat huc M. Ludovicus Emericchius, qui cum commilitonem suum, jussu alterius, in æde sacra ad certamen provocasset, in magnam incidebat tri-

C

sti-

nitiam, ut incertor animum exedere; curisque conficere videretur, ast cum sermonem sacrum, quo insignis Dei benevolentia in peccatores à D. Jac. Martini commendabatur, attente percepisset, animum perturbatum erexit & confirmavit, ut postea magno cum successu studia sacra, quæ antea deseruerat, revocare, & in ea incumbere potuerit. Fusius de illo egi in *Commentatione epistolica de Claris Dresdensibus, extra patriam bene exceptis, seu Unterschiedenen hin und her zerstreuten Dresdnern* p. 119. sqq.

§. 8. Hæc vero, quæ de honestis Studiosorum Theologiae moribus monui, eò trahi minime debent, ac si omnes recreationes proscribendas, atque juvenes ad morum austeritatem perducendos esse judicarem, *Illæ enim concedi possunt, si limites constitutos non transgrediantur. Indulgendum est juventuti, ut latentur; & ut lato animo faciant omnia, tantum hoc observandum, ne voluptatibus carnis corrumpantur. Istæ enim computationes, crapula, ovationes non sunt lætitia cordis, sed contristant animum potius, prudens Lutheri nostri est monitum, quod T. III. Opp. Lat. Jenens. f. 291. a. legitur. Cui consonat D. Jo. Schmidt, Theologi & pietate & doctrina conspicui, effatum, quod in ipsius libello, magno cum judicio adornato, & Christliche Weisheit appellato p. 567. invenitur: Die recreationes und gebührliche Ergöckungen haben ihre Wege / werden nicht ganz verworffen / aber dieselben nicht halbe Wochen und Tage wegfressen / sonst seynd es helluaticnes: Der alte bekante Vers Catonis, der allen Studiosis fast von den untersten Classibus her bekant / heist also: Interpone tuis interdum gaudia curis. Interpone und interdum heissen bisweilen / wenn du ziemlich*

lich

lich studiret / und gearbeitet hast / magst du
 dich ein wenig ergözen / damit du die Arbeit auszu-
 führen / und zu den folgenden Geschäften desto tüchtiger seyn
 mögest. Conf. B. Carpxovii Funobr. P. L. p. 586 sqq. &
 Clariff. Viri, M. Godofredi Alberti Pauli, binæ Dissertationes
 in Coh. XI. v. 9. quæ annos Studiosorum, seu die Stus-
 denten-Jahre / exhibent, Regiomonti A. MDCCIX. pro-
 posita.

§. 9. Ante vero quam finem observationum
 sacrarum, in hac Diatriba comprehensarum, fa-
 ciam, paucis adhuc lemmata quædam adjungam.
 Est itaque I. Ad ministerium Ecclesiasticum vocan-
 tur Viri, peccati labe infecti, ut eo melius infir-
 mitatibus fratrum indolescant. II. Verbum Dei
 cum utroque Sacramento efficax est. quamvis per
 ministros peccatis obnoxios doceatur. Vid. Arric,
 IIX. Aug. Confess. & gemina Dissertatio Theologica, de Dei Mi-
 nistro impio, quam B. D. Joh. Petrus Grunenbergius Rostochiæ
 A. MDCCV. conscripsit. III. De peccatoribus magnis
 bene est sperandum, iisdemque nullus gratiæ termi-
 nus præfigi & constitui debet. IV. Ordinatio ministri Ec-
 clesiæ ad vocationis quidē essentiã haud spectat, multas
 tamen habet utilitates, & propterea temere intermitteri
 non debet. V. Verbi Ministri nonnunquã hominibus lu-
 dibrio sunt, qui eos aperte ludificantur & calumniantur.
 VI. Modesta, integritatis, sacri muneris, famæ que defen-
 sio, quæ ex illibata conscientiæ testimonio instituitur,
 & jurejurando confirmatur, improbari haud debet.
 VII. Vitæ innocentia sacrarum literarum cultores val-
 de commendat, quapropter ad eam crebrius sunt ex-
 cit.

1774

OK Tg 897

VD18


X 3617546

* (20) *

citandi. IX. Multa inveniuntur dictoria, quæ majori jure negligi quam adhiberi debent, cum primis ea, quæ ordinationes divinas evertunt, mentes hominum lascivas reddunt, & Scripturæ sacræ verba detorqueant, atque ad malas res describendas applicant. Notavit ea modo adductus *Schmidius l. c. p. 545.* verbis insequentibus: Wie weise verständige Leute je und je/ in und auffer der Kirchen mit kurzen Apophthegmatis und runden Sprüchen viel zusammen gefasset/ so andern Leuten zu Tugenden und Erbarkeit wol gedienet/ massen derselben ganze Bücher voll verhanden: also haben auch leichtfertige Weltkinder ihre Schand formulas, turpia & obscœna dictoria, unerbare Sprüchwörter / darinnen sie auff einmal viel Unfugend zusammen fassen/ und damit junge zarte Herzen anstecken / und / welches ganz grausam und abscheulich / pflegen zuweilen solche verwegene Leut gar die heilige Schrift / und gewisse Wort derselben / zu ihre Uppigkeit zu misbrauchen / mitten unter ihre Zotten/ Bossefen / Schwänck und lippige Schertz = Reden mengen sie die Wort Gottes des h. Geistes/ wie aus der Erfahrung bekant: welches warhafftig und in der That eine teuflische *blasphemia* und Gotteslästerung ist: nefas est ex verbis spiritus sancti facere jocandi materiam, sagt ein berühmter Kirchen-Lehrer.

Tantum!





10.517 32.

B. M. II 435 see 1053

II g
897

GEORGI HENRICI GOETZI, L.
Superint. Lubec.

**OBSERVATIO-
NES THEOLOGICAS,**
pervulgatum illud:

**Die ärgsten Studenten wer-
den die frömsten Prediger/**

expedientes,

in Colloquio consveto,

IX. Decembris An. MDCCXXI

Respondendo defendendas
in se suscipiet

ZACHARIAS STAMPEEL,

Slesvicensis.

LUBECÆ,

Typis Christophori Gothofredi Jægeri.

